

ei debemus dicere: Quoniam omne datum optimum desuper est descendens à te.

Sequitur: *Et prescatus est illum Simon, & qui cum illo erant. Chrysostr. Lucas autem dicit turbas accessisse ad Christum, & dixisse quod Marcus hic dicit, dixisse Apostolos, subdicens: Et cum venissent ad eum dixerunt ei: Quia omnes quarant te. Non autem invicem contradicunt: suscepit enim Christus & post Apostolos turbam conjungi Christi pedibus anhelantem. Gaudens autem eos suscipere: sed volebat eos dimittere, ut & reliqui doctrinæ ejus participes essent, tamquam non multo tempore in mundo moraturos: & ideo sequitur: *Et ait: Eamus in proximos vicus, & civitates, ut & ibi predicem.* Theophylactus (super *Eamus in proximos vicus*.) Transit enim ad illos magis indigentes: quia doctrinam concludere non convenit in uno loco, sed ubique radios ejus extendere.*

Sequitur: *Ad hoc enim venit. Chrysostr. (a) In quo manifestat exinanitionis, id est incarnationis mysterium, & divinitatis suæ dominium, cum scilicet asserit sponte in mundum venisse. Lucas vero dicit cap. 4. „Ad hoc missus sum,“ demittens dispensationem, & Dei Patris bonam voluntatem de Filii incarnatione.*

Sequitur: *Et erat predicans in synagogis eorum in omni Galilæa. Augustinus de Con. Evang. (Lib. 2. cap. 19.) In hac autem predicatione quam dicit eum habuisse in omni Galilæa, intelligitur etiam sermo Domini habitus in monte, cujus commemorationem facit Matthæus; quem Marcus omnino non commemoravit, nec aliquid simile ei dixit, nisi quasdam sententias non contextim, sed sparsim repetivit, quas Dominus aliis locis dixit. Theophylactus (super *Predicabat in synagogis*.) Doctrinæ autem operationem immiscuit: predicans enim postmodum fugavit demonia: sequitur enim: *Et hæmonia ejiciens: nisi enim offenderet Christus miracula, ejus sermone non crederetur: sic & tu post doctrinam, operare, ut non sit in te vacuum tuus sermo.* Beda (Marc. 1. cap. 8. secundum ord. Bedæ.) Mystice autem si occasu Solis mors exprimitur Salvatoris, quare non disculo redeunte resurrectio ejus indicetur? Cujus manifestata luce abiit in desertum Gentium, ibique in suis fidelibus orabat, quia corda eorum per gratiam Sancti Spiritus ad virtutem orationis excitabat.*

(n) Beda (ubi supra.) Postquam lingua ser-

(1) Al. miraculis. (2) Al. intelligendum est.

Ex Edit. P. Nicol. (a) Tale aliquid insinuat etiam Victor Antiochenus ubi supra, sed expressius appendicem sequentem quæ rursus Chrysostr. nomine insignitur (b) Hieronymus in Matth. 8. cap. ex quo mutuatus est Beda: sed passivum imperativum *excitavit* (seu *mundare*) novavit Hieronymus, quod Beda præmittit.

perina dæmonum obclata est, & foemina, quæ primo seducta est, à febre cutata, tertio vitæ, qui male suadentis dicta conjugis audivit, ab erroris sui lepra sanndatur, ut ipse. esset ordo resurrectionis in Domino, qui erat ordo causæ in protoplastis: unde sequitur: *Et venit ad eum leprosus deprecans eum. Augustinus de Con. Evang. (Lib. 2. cap. 19.)* De hoc leproso mundato talia Marcus connectit, ut ipse intelligatur quem Matthæus commemorat: tunc esse mundatum quando Dominus post sermonem de monte descendit. Beda (Marc. 1. cap. 9.) Et quia Dominus ait Matth. 5. „Non veni solvere legem, sed adimplere,“ ille qui excludatur à lege, purgari se Domini potestate præsumens, non ex lege, sed supra legem esse gratiam indicavit quæ leprosi maculam posset ablueret. Verum sicut in Domino potestatis auctoritas, ita in illo fidei constantia declaratur: sequitur enim: *Et genu flexo dixit: Domine, si vis, potes me mundare.* In faciem incidit, quod humilitatis est, & pudoris, ut unusquisque de vitæ suæ (1) maculis erubescat: sed confessionem verecundia non repræsit: ostendit vulnus, & remedium postulavit; & ipsa confessio religionis, & fidei plena est; in voluntate enim Domini tribuit potestatem. Theophylactus (Marc. 1. super *Domine si vis*.) Non enim dixit, Si Deum deprecatus fueris, sed *si vis*; quasi ipsum credens Deum. Beda. De voluntate autem Domini non quasi pietatis incredulus dubitavit, sed quasi collationis suæ conscientia non præsumpsit. Sequitur: *Jesus autem miseratus ejus, extendit manum suam, & tangens eum ait illi: Volo: mundare; (b) Non, ut plerique Latinorum putant, (2) injungendum est, & legendum: Volo mundare; sed separatim, ut primum dicat, Volo, deinde imperet, Mundare. Chrysostr. (hom. 21. in oper. imperf. super Matth.)* Propter hoc autem leprosum tangit, & non solo verbo contulit sanitatem, quia in lege à Moyse dictum est Levit. 22. „Qui leprosum tetigerit, immundus erit usque ad vesperum.“ Ut enim ostendat quod secundum naturam est hæc immunditia, & quod lex non erat propter eum posita, sed propter homines puros, & quod ipse est proprie Dominus legis, & quia non sicut servus infert, sed sicut Dominus, sanitatem leprosum tetigit congruenter, non tamen existente necessario tactu ad curationis operationem. Beda (Marc. 1. cap. 9. ante med.) Ideo etiam tetigit ut probaret quia

contaminari non poterat qui alios liberabat. Simulque illud mirabile quod eo sagavit genitæ quo fuerat oblectatus. *Si vis*, inquit leprosus, *potes me mundare. Volo*, inquit: ecce habes voluntatem: *mundare*; & jam habes pietatis effectum. Chrysostr. Per hoc autem non solum opinionem leprosi non destruxit, sed magis confirmavit: verbo enim morbum fugat, & quod leprosus verbo dixerat, (1) hoc opere adimplevit: unde sequitur: *Et cum hoc dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est.* Beda (ubi supra.) Nihil enim medium inter opus Dei atque præceptum, quia in præcepto est opus: dixit enim, & facta sunt. Psal. 48.

Sequitur: *Et comminatus est illi, statimque eiecit eum, & dixit ei: Vide nemini dixeris. Chrysostr. Quasi diceret: Tempus nondum est mea opera prædicari: tua non indigeo predicatione. Per hoc autem docet nos ex nostris operibus honorem apud homines pro retributione non querere. Sequitur. *Sed vade, ostende Principi Sacerdotum.* Propter hoc autem hæc ad Sacerdotem mittit Saluator, ad probationem medelæ, & ne extra templum fieret, sed in oratione cum populo computetur. Mittit etiam, quæ sunt legis adimplens, ut Judæorum linguam maliloquam obturaret. Opus quidem ipse complevit, probationem operis illis dimittens. Beda (ubi supra in med.) Ut scilicet intelligeret Sacerdos, eum non legis ordine, sed gratia Dei supra legem esse curatum.*

Sequitur: *Et offer pro emundatione tua quod præcepit Moyses, in testimonium illis. Theophylactus (in fine Coment. in cap. 1. Marc.)* Præceptum quidem munus offerre quod habebant in consuetudine qui mundabantur offerre, tamquam in hujusmodi testimonium quod non erat contra legem, sed magis legem confirmabat, in tantum quod ipse legis operaretur præcepta. Beda (ubi supra à medio.) Si quem vero movere quomodo Dominus judaicum videtur approbare sacrificium, cum id non recipiat Ecclesia, meminerit quod nondum obtulerat in passione holocaustum suum. Non autem oportebat autem significancia sacrificia priusquam illud quod significabatur, confirmatum esset contestatione Apostolorum prædicantium, & fidei credentium populorum. Theophylactus (parum à fine Comm. in 1. cap. Marc.) Leprosus autem, quamvis Dominus prohibuerit, beneficium patefecit: unde sequitur: *At ille egressus cepit predicare, & diffamare sermonem.* Oportet enim beneficium gratum esse, & gratias redere, etiam si beneficiatus non indigeat. Grego-

S. Thom. Oper. Kom. VIII.

Z 5

CA.

(1) Al. hic, (2) In editione Veneta Nicolini ad marginem hæc appingitur nota: Id habet Beda cap. 9. parum à fine, (3) Al. quærit, (4) P. Nicolai ponit plateanis, (5) Al. deseruerunt, (6) Al. desitio.

rius (2) 20. Moral. (cap. 18.) Merito autem (3) quæritur quidnam sit quod Dominus quæ gessit, abscondi jussit, & nec ad horam potuerunt abscondi? Sed notandum. Miraculum faciens taceri jussit, & tamen taceri non potuit, ut videlicet electi ejus, exempla doctrinæ illius sequentes, in magnis quæ faciunt latere, quidem in voluntate habeant, sed ut protine aliis, prodantur invisi. Non ergo voluit quicquam fieri, & minime potuit; sed quid velle ejus membra debeant, quid ve de eis etiam nolentibus fieri, doctrinæ magisterio exemplum dedit. Beda. Unius autem perfecta salvatio multas ad Dominum cogit turbas: unde subditur: *Ita ut jam non posset manifeste introire in civitatem, sed foris in desertis locis esset. Chrysostr. (cap. 9. secundum ord. ejus à med.)* Leprosus enim ubique prædicabat mirabilem curationem, ita ut omnes currebant ad visum, & fidem curantibus: ut propter hoc Dominus in civitatibus evangelizare non posset, sed in eremis conversaretur: unde sequitur: *Et conveniebant ad eum undique. Hieronymus (Marc. 1. super *Et erat predicans*.)* Mystice lepra nostra peccatum primi hominis est, quæ à capite cepit quando regna mundi desideravit: radix enim omnium malorum est cupiditas: 1. Tim. 6. unde Giezi avaritiam secutus lepra suffunditur. Beda (cap. 9.) Ex-tenta vero manu Salvatoris, hoc est incarnatio Dei Verbo, humanamque contingente naturam, ab erroris prisce varietate mundatur. Hieronymus (ubi supra.) Quæ quidem lepra vero Sacerdoti secundum ordinem Melchisedech ostensa, oblatione mundatur: eo dicente nobis Luc. 11. „Date elemosinam, & omnia munda sunt vobis,“ bis. Quod autem non poterat Jesus manifeste in civitatem introire, &c. significatur quod non omnibus manifestatus est Jesus, qui lætis, atque (4) plateis servium laudibus, & propriis voluntatibus; sed his qui foras cum Petro exeunt, & in desertis locis sunt, quæ elegit Dominus ad orandum, & reficiendum populum, qui scilicet (5) deserunt delectationes mundi, & omnia quæ possident, ut dicam, Portio mea Dominus. Glorie vero Domini manifestatur his qui conveniunt undique, id est per plana, & ardua, quos nihil potest separare à caritate Christi. Beda (Marc. 2. cap. 10.) Post factum etiam in civitate. miraculum secedit Dominus in desertum, ut ostendat se magis quietam, & à sæculi curis remotam diligere vitam, atque ob hujus appetitum, (6) se sanandis curam adhibere corporibus.

(a) **E**T iterum intravit Capharnaum post dies octo, & auditum est quod in domo esset, & convenerunt multi, ita ut non taperet eos domus neque ad januam, & loquebatur eis verbum. Et veperunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur, & cum non possent offerre eum illi præ turba, nudaverunt tectum ubi erat, & patefacientes submiserunt grabatum, in quo paralyticus jacebat. Cum autem vidisset Jesus fidem illorum, ait paralytico: Fili, dimittantur tibi peccata tua. Erant autem illic quidam de scribis sedentes, & cogitantes in cordibus suis: Quid hic sic loquitur? Blasphemiat. Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus? Quo statim cognito Jesus spiritu suo, quia sic cogitarent intra se, dicit illis: Quid ista cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius, dicere paralytico: Dimittantur tibi peccata tua? an dicere: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula? Ut autem sciat quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico, surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam. Et statim surrexit ille, & sublato grabato, abiit inde coram omnibus, ita ut mirarentur omnes, & honorificarent Deum, dicentes: Quia nunquam sic vidimus.

(b) Et egressus est rursus ad mare, omnique turba veniebat ad eum, & docebat eos. Et cum præteriret, vidit Levi Alphaei sedentem ad telonium, & ait illi, Sequere me: & surgens secutus est eum. Et factum est cum accumberet in domo illius, multi publicani, & peccatores simul discumbebant cum Jesu, & discipulis ejus: erant enim multi, qui sequebantur eum: & pharisæi videntes quia manducaret cum publicanis, & peccatoribus, dixerunt discipulis ejus: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducas, & bibis magister vester? Hoc auditus Jesus, ait illis: Non necesse habent sani medico, sed qui male habent. Non enim veni vocare justos, sed peccatores.

(c) Et erant discipuli Joannis, & pharisæorum jejunantes: & veniunt, & dicunt illi: Quare discipuli Joannis, & pharisæorum jejunant; tui autem discipuli non jejunant? Et ait illis Jesus: Numquid possunt filii nuptiarum, quamdiu sponsus cum illis est, jejunare? Quanto tempore habent secum sponsum, non possunt jejunare. Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc jejunabunt in illis diebus. Nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri: alioquin auferit supplementum novum à veteri, & major scissura fit. Et nemo mittit vinum novum in utres veteres: alioquin disrumper vinum utres, & vinum effundetur, & utres peribunt. Sed vinum novum in utres novos mitti debet.

(d) Et factum est iterum cum Dominus sabbatis ambularet per fora, & discipuli ejus ceperunt progredi, & vellere spicas. Pharisæi autem dicebant ei: Ecce quid faciunt discipuli tui sabbatis quod non licet. Et ait illis: Numquam legis quid fecerit David quando necessitatem habuit, & esuriit ipse, & qui cum eo erant; quomodo introivit in domum Dei sub Abiathar principem sacerdotum, & panes propositionis manducavit, quos non licebat manducare, nisi solis sacerdotibus, & dedit eis qui cum eo erant? Et dicebat eis: Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter sabbatum. Itaque dominus est Filius hominis etiam sabbati.

(a) **B**Eda (cap. 10. paulo à princ.) Quia nec carnales superna pietas deserit, quin etiam his gratiam suæ visitationis, per quam & ipsi spirituales effici valeant, indulget; post desertum Dominus redit in civitatem: unde dicitur: *Et iterum intravit Capharnaum post dies octo.* Augustinus de Con. Evang. (Lib. 2. cap. 25.) Mathæus autem hoc miraculum quod sequitur, ita scribit tamquam in civitate Domini factum sit; Marcus autem hoc in Capharnaum; quod difficiliter solveretur, si Mathæus etiam Nazareth nominaret. Nunc vero cum po-

tuerit ipsa Galilæa dici civitas Christi, quia in Galilæa erat Nazareth; quis dubitaverit in civitate sua hoc fecisse Dominum, cum hoc fecerit in Capharnaum civitate Galilææ, præsertim quia & ipsa Capharnaum ita excelebat in Galilæa, ut tamquam metropolis haberetur? Vel Mathæus prætermisit quæ gesta sunt postquam venit in civitatem suam donec veniret Capharnaum; & sic adjungit de sanato paralytico, subjungens cap. 9. „Et ecce offerebant ei paralyticum;“ postquam dixerat, quod venit in civitatem suam. Chrysostramus (a) (hom. 30. in Matth. in princ.)

Vel

EX EDIT. P. NICOL. (a) Immo sic tantum Chrysostramus: *Capharnaum propriam ejus dicit civitatem, quia perpetuum ipsius erat habitaculum.* Quod autem hic notatur, potius ex Victore Antiocheno peti potest tom. 1. Biblioth. PP. in hunc locum; sed sequentia quæ sub nomine quoque Chrysostrami prius dabantur, non occurrunt; ideoque sine indice relinquimus.

Vel Capharnaum civitatem ejus dixit Matthæus, eo quod sæpius illuc ibat, ac multa ibidem miracula perpetrabat. Sequitur: *Et auditum est quod in domo esset; & convenerunt multi, ita ut non caperet eos domus neque ad januam.* Laborem enim accedendi desiderium audiendi superabat. Post hoc paralyticum introducunt, de quo & Matthæus, & Lucas dicunt: unde sequitur: *Et venerunt ferentes ad eum paralyticum, qui à quatuor portabatur.* Irvenientesque multitudinem januam obturam, per eam non poterunt aliquatenus introire; sperantes autem portitores eum qui portabatur curationis gratiam posse promereri, lectum cum onere sublevantes, nudato tecto intromiserunt eum lecto paralyticum ante faciem Salvatoris; & hoc est quod subditur: *Et cum non possent offerre eum, &c.* Sequitur: *Cum vidisset autem Jesus fidem illorum, ait paralytico: Fili, dimittantur tibi peccata tua.* Non quidem dixit fidem paralytici, sed portantium: contingit enim aliquando quod aliquis fide alterius convalescit. *Beda* (ubi supra.) Intuendum sane quanti propria eujuscumque fides apud Deum valeat, ubi tanti valet aliena ut totus homo repente interius exteriorque salvatus exurgeret, & aliorum merito aliis relaxarentur errata. *Theophylactus* (Marc. 2. super *Cum vidisset Jesus.*) Ipsius etiam paralytici fidem vidit: etenim ille portari non sineret, nisi curationis fidem haberet. *Beda* (Marc. 2. super *Cum vidisset Jesus.*) Curaturus autem hominem à paralyti Dominus primo peccatorum vincula dissolvit, ut ostenderet eum ob nexus culpæ, artuum dissolutione fuisse damnatum, nec nisi his relaxatis, membrorum posse recuperatione sanari. Mira autem humilitas: despectum, & debilem, totisque membrorum dissolutum compagibus filium vocat, quem Sacerdotes non (1) dignarentur attingere: aut certe ideo filium, quia dimittantur ei peccata sua.

Sequitur: *Erant autem illic quidam de scribis sedentes, & cogitantes in cordibus suis: Quid hic sic loquitur? Blasphemiat.* *Cyrillus* (a) Arguunt autem eum blasphemiam, mortis præcipitantes sententiam: erat enim in lege mandatum, quod quicumque blasphemaret in Deum, morte puniretur. Hoc autem ei imponebant, quia sibi attribuebat divinam potestatem remittendi peccata: unde subditur: *Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus?* (2) Solus enim iudex omnium potestatem habet dimittendi peccata. *Beda* (cap. 10. in Marcum, super *Quis po-*

test dimittere peccata?) Qui per eos quoque dimittit quibus dimittendi. tribuit potestatem: & ideo Christus vere Deus esse probatur, quia dimittere peccata quasi Deus potest. Errant itaque Judæi, qui cum Christum & Deum esse, & peccatum dimittere posse credant; Jesum tamen Christum esse non credunt. Sed multo dementius errant Atriani, qui cum Jesum & Christum esse, & peccata posse dimittere, Evangelii verbis devicti, negare non audeant; nihilominus Deum negare non timent. At ipse perfidos salvare desiderans, & occultorum cognitione, & virtute operum Deum se esse manifestat: nam sequitur: *Quo statim cognito Jesus spiritu suo, quia sic cogitarent intra se, dicit illis: Quid ista cogitatis in cordibus vestris? in quo ostendit se Deum, qui potest cordis occulta cognoscere, & quodammodo tacens loquitur: Eadem maiestate, & potentia qua cogitationes vestras intueor, possum & hominibus delicta dimittere.* *Theophylactus.* Sed quamvis fuerint eorum cogitationes revelatæ, tamen permanent insensibiles, non in hoc consentientes quod peccata valeat dimittere qui novit eorum corda: unde Dominus certificat de curatione animæ (3) per curationem corporis, demonstrans per visibile invisibile, per id quod est facile difficilium, quamvis ipsi non ita crederent. Pharisæi enim difficilium credebant sanare corpus tamquam manifestum, animam vero curare facilius, quia invisibilis est medela; ita ut talia cogitarent: Ecce corpus curare definit, & invisibile curat animam: magis autem, si valuisset, corpus jam curasset, & non ad invisibile refugisset. Salvator igitur, ostendens quod utraque potest, ait: *Quid est facilius? quasi dicat: Ego quidem per corporis medelam, quæ secundum veritatem facilius est, difficilior autem vobis videtur, ostendam vobis animæ sanitatem, quæ difficilior est.* *Chrysostramus.* Et quia dicere, quam facere, facilius est, adhuc manifesta erat contradictio, quia opus nondum erat manifestum: unde subdit: *Ut autem sciatis quia potestatem habet Filius hominis, &c.* quasi dicat: Quoniam de verbo diffiditis, operationem inducam quod erat invisibile confirmantem. Signanter autem dixit: *In terra dimittendi peccata, ut ostenderet quod humanæ naturæ potestatem divinitatis univit indivisibili unione: quia etsi factus est homo, tamen Dei Verbum permansit; etsi per dispensationem in terris cum hominibus conversaretur, non tamen prohibebatur miracula perpetrare, ac remissionem tribuere peccatorum: non enim humanitas di-*

(1) Al. dignabantur. (2) Al. Chrysostramus. Solus, &c. (3) Al. per procuracionem.

EX EDIT. P. NICOL. (a) Nihil tale occurrit in Cyrillo, tamen blasphemiam ideo à Judæis improperatæ Christo memini in Joannem, lib. 2. cap. 3.

diminuit aliquid de proprietatibus divinitatis, nec divinitas impedivit Dei Verbum incommutabiliter, & veraciter in terris secundum carnem fieri Filium hominis. *Theophylactus* (Marc. 2. super *Tolle grabatum tuum*). Dicit autem, *Tolle grabatum tuum*, ad majorem miraculi certitudinem; ostendens quod non est secundum phantasmam, simulque ut ostenderet quod non solum curavit, sed & fortitudinem dedit: sic animas non solum à peccato convertit, sed eis virtutem tribuit ad operandum mandata. *Beda* (Marc. 2. cap. 10.) Fit igitur carnale signum, ut probetur spirituale; quamquam ejusdem virtutis sit & corporis, & animæ vitia dimittere: unde sequitur: *Et statim ille surrexit, & sublato grabato abiit coram omnibus. Chrysostomus*. Prius autem id quod querere venerat, scilicet animam, remittendo peccata, curavit, ut cum non credentes dubitaverint, tunc opus adducat in medium, ut verbum opere confirmetur, & per manifestum occultum, animæ scilicet sanitas per medelam corporis ostendatur. *Beda* (cap. 10. in Marcum.) Datur etiam nobis intelligentia, propter peccata plerisque evenire corporum debilitates; & idcirco forsitan prius dimituntur peccata, ut capsis debilitatis ablatis, sanitas resituatur. Quinque enim de causis affliguntur homines molestiis carnis: aut propter merita augenda, ut Job, & martyres; aut propter humilitatem conservandam, ut Paulus ab angelo fatanæ; aut ob peccata intelligenda, & corrigenda, ut Maria soror Moysi, & hic paralyticus; aut ad gloriam Dei, sicut cæcus natus, & Lazarus; aut ad initium damnationis, sicut Herodes. Miranda est autem divinæ potentie virtus, ubi nulla temporis interveniente morula, jussu Salvatoris salus festina comiatur: unde sequitur: *Ita ut admirarentur.* (a) Relinquentes majus, scilicet remissionem peccatorum, admirantur tantummodo quod apparet, corporis scilicet sanitatem. *Theophylactus* (Marc. 2. non remote à princ.) Non est autem hic paralyticus qui à Joanne curatus narratur: ille enim hominem non habebat, hic vero quatuor; ille in probatica piscina curatur, hic vero in domo. Est autem unus qui à Matthæo, & Marco curatus narratur: Mystice autem est & nunc Christus in Capharnaum, in domo scilicet consolationis, idest in Ecclesia, quæ est domus paralytici. *Beda* (cap. 10. in Matc.) Prædicante autem Domino in domo, non capiuntur neque ad januam: quia prædicante in Ju-

dea Christo Gentiles ad audiendum nondum intrare valuerunt, ad quos tamen, etsi foris positos, doctrinæ suæ verba per prædicatores direxit. *Hieronymus* (Marc. 2. quasi in initio.) Paralyticus autem typos est corporis quo piger jacet in mollitie carnis, habens desiderium salutis. *Theophylactus* (Marc. 2. par. à med.) Si ergo ego dissolutis potentis animæ quasi paralyticus (1) invirtuosus abeam ad bonum, & attollar à quatuor Evangelistis, ad Christum adducar, audiamque tunc, *Fili*, & relinquatur mihi peccata: Filius enim Dei fit aliquis propter mandatorum operationem. *Beda* (cap. 10. in Marc. inter princ. & med.) Seu quia quatuor sunt virtutes quibus ad promendam sospitatem homo fiducia mentis erigitur, quas nonnulli prudentiam, fortitudinem, temperantiam, & justitiam nuncupant. Desiderant autem paralyticum Christo offerre; sed turba interposita ab omni parte (2) intercluduntur: quia sepe anima post infirmi corporis desiderium, superne gracie remedio cupiens innovari: price constitutudinibus obstaculo retardatur: (3) sepe inter ipsas orationis secreta dulcedines, & quasi suave cum Domino colloquium, turba cogitationum interveniens aciem mentis, ne Christus videatur, impedit. Non itaque est in infimis ubi turbæ (4) tumultuantur remanendur; sed tectum domus, idest Sacre Scripturæ sublimitas est appetenda, lexque Domini meditanda. *Theophylactus* (Marc. 2. ante med.) Sed (5) quomodo ferat ad Christum, nisi tectum aperiat? Tectum enim est intellectus, qui (6) superponitur omnibus his quæ in nobis sunt. Hic multum habet terræ quantum ad lateres fictiles, terrenas dico res: (7) sed si hæc sublevetur virtus, intellectus in nobis exoneratur. Post hoc submitatur, idest humilietur: non enim decet extolli de hoc quod intellectus est exoneratus, sed magis humiliari. *Beda* (cap. 10. in Marc.) Vel patefacto tecto ager submititur, quia referatis Scripturarum mysteriis ad notitiam Christi pervenitur; hoc est, ad ejus humilitatem fidei pietate descenditur. Quod autem cum grabato deponitur infirmus, (8) significat ab homine adhuc in ista carne constituto Christum debere cognosci. De gravato autem surgere, est animam se à carnalibus desideriis, ubi ægra jacebat, abstrahere. Grabatum tollere est ipsam quoque carnem per continentie frena correptam spe celestium premium à deliciis segregare terrenis. Sublato autem

(1) *Al.* in virtuosus habear ad bonum, & attollar &c. (2) *Al.* includuntur. (3) *Al.* Sepes. (4) *Al.* cumulantur. (5) *Al.* qui ferat. (6) *Al.* supponi. (7) *Habet à forte melius, P. Nicolai* sed si hæc subleventur, virtus intellectus in nobis exoneratur. (8) *Al.* significabat. Ex edit. P. Nicol. (a) *Vilior* Antiochenus. Ejus nomine prætermisso, prius confundebantur ista cum Bedæ verbis.

grabato domum ite, ad paradisum redire est. Vel sanus qui languerat, domum reportat grabatum, cum anima, remissione accepta peccatorum, cum ipso suo corpore ad internam suam custodiam se refert. *Theophylactus* (Marc. 2. par. ante med.) oportet etiam grabatum; idest corpus tolerare ad operationem boni: tunc enim ad contemplationem pertingere valebimus, ita ut quæ in nobis sunt cogitationes dicant, Quoniam numquam sic vidimus; idest numquam sic intelleximus, sicut nunc (1) à paralytici curati: qui enim à peccatis mundatus est, mundus videt.

(b) *Beda* (Marc. 2. cap. 10.) postquam Dominus in Capharnaum docuit, egressus est ad mare, ut non solum civilem vitam hominum instrueret, verum etiam habitatoribus maris Evangelium regni prædicaret; eosque fluctivagos rerum labentium motus continere, ac fidei firmitate superare doceret; unde dicitur: *Et egressus est Jesus ad mare, omnisque turba veniebat ad eum, & docebat eos. Theophylactus* (Marc. 2. à medio.) Vel post miraculum ad mare egreditur, quasi solitarius volens esse; sed turba concurrat iterum: ut addicas quod quantum fugis gloriam, tantum ipsa te persequitur. Et si quidem tu ipsam persequeris, ipsa te fugiet. Inde autem transiens Dominus vocavit Matthæum: unde sequitur: *Et cum præteriret, vidit Levi Alphaei sedentem ad telonium. Chrysostomus*. Idem autem (2) est publicanus à tribus Evangelistis nominatus, scilicet Matthæus à Matthæo, Levi autem simpliciter à Luca, Levi autem Alphaei à Marco: filius enim erat Alphaei. Binomios autem secundum Scripturam & alios est videre; sicut fover Moysi quandoque Jetro; quandoque Raguel vocatur. *Beda* (cap. 2. in Marc. in princ.) Sic & idem est Levi qui & Matthæus: sed Lucas, Marcusque propter verecundiam, & honorem Evangelistæ, nomen ponere nolunt vulgatum; ipse autem Matthæus, juxta illud quod scriptum est Prov. 13., Justus accusator; est sui, "Matthæum se, & publicanum nominat, ut ostendat legentibus, nullum debere conversum de salute diffidere, cum ipse de publicano in Apostolum sit repente mutatus. Ad telonium autem, idest ad curam, dispensationemque vectigalium sedentem dicit: telos enim Græce, Latine vectigal nominatur. *Theophylactus* (Marc. 2. à medio.) Sedebat enim in telo-

nio ut consuetudinis est, aut aliquos impetens, aut verba vendens, aut aliquid hujusmodi faciens, quibus in suis mansionibus telonearii utuntur; qui de hoc statu sic sublevatus est ut relinquens omnia, Christum sequeretur: unde sequitur: *Et ait illi; Sequere me: & surgens secutus est eum. Beda* (cap. 2. in Marc.) Sequi autem imitari est; ideoque ut pauperem Christum non tam gressu, quam affectu imitari posset, reliquit propria qui rapere solebat aliena. Non solum autem lucra reliquit vectigalium: sed & periculum contempti quod venire poterat à principibus sæculi: quia vectigalium rationes imperfectas, atque incompositas reliquit. Ipse enim Dominus, qui hunc exterius humana allocutione ut sequeretur vocavit, intus divina inspiratione, ut sequeretur vocavit, intus divina inspiratione, ut sequeretur vocavit, accendit. *Hieronymus* (circa finem Commen. ad cap. 2. Marc.) Sic ergo Levi, qui appositus interpretatur, à telonio negotiorum secularium solum sequitur Verbum quod dicit Luc. 14., Qui non renuntiaverit, omniibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. *Theophylactus* (Marc. 2. cap. à medio.) Qui autem prius alios impetebat, factus est benevolus ut ad comestionem plurimos convocaret: unde sequitur: *Et factus est cum accumberet: scilicet Jesus, in domo illius, multi publicani, & peccatores simul discumbant cum Jesu, & discipulis ejus. Beda* (cap. 12. in Mar. paul. à princ.) Publicani autem appellantur hi qui vectigalia publica exigunt; sive qui conductores sunt vectigalium fisci, vel rerum publicarum, nec non & hi qui sæculi hujus lucra per negotia sectantur, eodem vocabulo censentur. (3) Viderant itaque publicanum à peccatis ad meliora conversum, locum inventissimæ penitentiae, & ob id etiam non desperant salutem. (4) Neque vero in pristinis vitiis permanentes publicani veniunt ad Jesum, ut pharisæi, & scribæ; sed penitentiam agentes, ut sequens Evangelistæ sermo designat, dicens: *Erant enim multi qui sequebantur eum. Ibat enim Dominus ad convivia peccatorum, ut occasionem haberet docendi, & spirituales invitatoriibus suis præberet cibos: (a) quod (5) mysteriorum figuris congruit: qui enim domicilio Christum (6) recipit interno, maximis delectationibus exuberantium pacitur voluptatum. Itaque Dominus libenter ingreditur, & in ejus qui crediderit recumbit affectu; & hoc est bonorum*

S. Thom. Oper. Tom. VIII. A 6 ope- (1) *Al.* & paralyti. (2) *Al.* omittitur est. (3) *Al.* Qui viderant: item qui scilicet viderant. (4) *Al.* Neque vero in pristinis vitiis permanentes veniunt ad Jesum, ut pharisæi, & scribæ murrant; sed penitentiam agentes &c. (5) *Al.* additur præpositio in. (6) *Al.* recepit. Ex edit. P. Nicol. (a) *Rabbanus* in Matth. cap. 9. Ejus nomine prætermisso, prius ista dabantur ut ex Beda continuatum cum prædictis. Ex Ambrosio autem cap. 5. Luca mutuata sunt; sed sic ante in hoc Opere depravata: quo dives populus ager & pauper.

operum spirituale convivium, quo dives populus eget, & pauper epulatur. *Theophylactus* (Mar. 2. à medio Continent.) Pharisei autem hoc arguunt, quasi puros se facientes: unde sequitur: *Et pharisæi videntes quia manducaret cum publicanis, & peccatoribus, dixerunt discipulis eius: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat, & bibit magister vester? Beda* (cap. 12. in Mar. super illud, *Videntes pharisæi*.) Si per Matthæi electionem, & vocationem publicanorum, fides exprimitur Gentium, quæ prius mundi lucris inhiabant; profecto supercilium scribarum, & pharisæorum, Judæorum invidiam insinuat, qui de Gentium salute torquentur: sequitur: *Hoc audito Jesus ait illis: Non necesse habent sani medico, sed qui male habent.* Sugillat scribas, & pharisæos, qui justos se putantes, peccatorum consortia declinabant. Seipsum medicum dicit, qui miro medicandi genere vulneratus est propter iniquitates nostras, & ejus livore sanati sumus: sanos autem, & justos appellat eos, qui suam justitiam nolentes statuere, justitiae Dei sunt subiecti; porro male habentes, & peccatores vocat eos qui suæ fragilitatis conscientia devicti, nec per legem se justificari posse videntes, Christi gratiæ poenitendo colla sumittunt: unde subditur: *Non enim veni vocare justos, sed peccatores: (a) non quidem ut maneat peccatores, sed ut ad poenitentiam convertantur.*

(c) *Glossa.* (b) Sicut superius apud discipulos magister arguebatur de consortio peccatorum in conviviis; ita nunc è converso apud magistrum discipuli inculcantur de jejuniis omissione, ut sic inter eos materia dissidii oriretur, unde dicitur: *Et erant discipuli Joannis, & pharisæorum jejunantes.* *Theophylactus* (ubi supra.) Joannis enim discipuli in imperfecto positi, in consuetudinibus Judaicis permanebant. *Augustinus* de Con. Evang. (Lib. 2. cap. 27. à med.) Potest autem putari; ideo addidisse pharisæos, quod simul cum discipulis Joannis hoc quod sequitur Domino dixerint; cum Matthæus hoc discipulos Joannis tantum dixisse perhibeat: sed verba quæ sequuntur magis indicant alios hoc dixisse de aliis: sequitur enim: *Et veniunt, & dicunt illi: Quare discipuli Joannis, & pharisæorum jejunant, tui autem discipuli non jejunant? Hæc enim verba indicant, convivas qui aderant venisse ad Jesum, & hoc idem discipulis dixisse, ita ut quod ait, *Veniunt*, non de ipsis dixerit de quibus interposuerat: *Et erant discipuli Joan-**

nis, & pharisæorum jejunantes: Sed cum isti essent jejunantes, veniunt illi quos hoc (1) movet. (2) Unde ergo Matthæus dicit cap. 9. „Et accesserunt ad eum discipuli Joannis dicentes, tes: „ nisi quia & Apostoli aderant, & omnes certatim, ut quisque poterat, hæc objecerunt? *Chrysostomus*, Discipuli ergo Joannis, & pharisæorum contra Christum zelotype se habentes, ipsum interrogant, utrum solus cum discipulis suis absque abstinentia, & labore pugnas superet passionum. *Beda* (cap. 12. in Mar. ante med.) Sed Joannes vinum, & siceram non bibit; (3) Dominus cum peccatoribus manducat, & bibit: quia illi abstinentia meritum auget cui potentia nulla inerat naturæ. Dominus autem, cui naturaliter suppetebat delicta donare, cur eos declinaret quos abstinentibus poterat redere puriores? Sed jejunavit, & Christus, ne præceptum (4) declinaret; manducavit cum peccatoribus, ut gratiam cerneret, agnosceret potestatem.

Sequitur: *Et ait illis Jesus: Numquid possunt filii nuptiarum, quamdiu est cum illis sponsus, jejunare? Augustinus* (Lib. 2. de Con. Evang. cap. 27.) Marcus hic filios nuptiarum appellat, Matthæus autem filios sponsi: filios enim nuptiarum non tantum sponsi, sed etiam sponsæ intelligimus. *Chrysostomus*, Sponsum eum seipsum vocat, tamquam Ecclesiam desponsaturus. Est enim desponsatio datio arrhæ, scilicet gratiæ Spiritus Sancti, per quam (5) creditur orbis terræ. *Theophylactus*, Sponsum etiam seipsum vocat, non solum tamquam virginis animas desponsantem, sed quia tempus primi adventus ejus non est doloris, neque tristitiæ his qui credunt in eum, neque labores continentis, sed requiem: est enim abque operatione legali, dans requiem per baptismum, per quem facile sine labore salutem consequimur. Filii autem nuptiarum, sive sponsi, sunt Apostoli: quia ipsi Dei gratia digni, sunt facti omnino bono cælesti, ac omni delectatione participes. *Chrysostomus*, Conyersationem autem suam omnino angustiaz dicit esse alienam, cum subdit: *Quanto tempore habent secum sponsum, non possunt jejunare.* Ille tristatur qui (6) prærens bonum non habet; qui vero in præsentia accipit, gaudet, & non tristatur. Ut autem elationem illorum destrueret, & ostenderet quod non ad lasciviam proprios discipulos conservabat, subjungit: *Veniunt autem dies cum auferatur ab eis sponsus, & tunc jejunabunt in illis diebus: quasi*

(1) *Al.* movit. (2) *Al.* Unde Matthæus. (3) *In quatuor sepe citatis exemplis omittitur Dominus cum peccatoribus manducat, & bibit.* (4) *Al.* declinaret. (5) *Al.* credit. (6) *Al.* prius bonum.

EX EDIT. P. NICOL. (a) *Theophylactus*, (b) Nihil tale in Glossa quæ nunc extat.

dicat: Tempus erit in quod suam virilitatem demonstrent: quando enim subtrahetur ab eis sponsus, jejunabunt, ejus affectantes adventum, (1) ut spiritus illi conjugantur per corporales angustias emundatos. Ostendit etiam quod nulla necessitas est ut sui jejunent, (2) sicut illi qui sponsum humanæ naturæ, qui ubique præsidet verbis Dei, & qui tribuit semen vitæ, secum (3) habebant præsentem. Filii etiam sponsi, quia infantes sunt, non possunt per totum conformari patri, & sponso, qui eorum infantiam considerans dignatur eos non tunc jejunare; reeedente autem sponso, propter desiderium jejunabunt; sed cum perfecti fuerint, & sponso conjugentur in nuptiis, regalem semper comedent cœnam. *Theophylactus*, (Mar. 2. post med. Comment.) Intelligendum est autem & sic: quoniam omnis homo qui bene operatur est sponsi filius, & sponsum secum habet, scilicet Christum, & non jejunat, idest opera poenitentiae non ostendit, quia non peccat; quando vero auferatur sponsus, homine in peccatum labente, tunc jejunat, & poenitet, ut curet delictum. *Beda* (cap. 12. in Mar. circ. finem.) Mytico autem sensu potest sic exponi: quod discipuli Joannis, & pharisæi jejunant: quia omnis qui de operibus legis sine fide gloriatur, & qui traditiones sequitur hominum, & præconium Christi aure corporis, non fide cordis percipit, spiritualibus abstinentibus bonis, jejuno corde infestus; qui vero Christi membris fideli incorporatur amore, non potest jejunare, quia carne ipsius epulatur, & sanguine.

Sequitur: *Nemo assumptum panni rudis, idest novi, assuit vestimento veteri.* *Chrysostomus*, (a) Quasi dicat: Quia hi novi prædicatores testamenti existunt, legibus eos servire veteribus possibile non est; vos autem congrue veteres sequentes consuetudines. Mosaica jejunia observatis; isti vero novas, ac mirabiles observationes tradidit hominibus, veteres observare non est necesse, sed esse mentibus virtuosos: aliquo vero tempore jejunavit cum ceteris virtutibus observabunt. Sed hoc jejunium differt à jejunio legis: quia illud erat ex necessitate, hoc ex voluntate, propter fervorem spiritus, cujus nondum sunt capaces: unde sequitur: *Et nemo mittit vinum novum in utres veteres.* *Beda* (cap. 12. in Mar. prope finem.) Discipulos enim veteribus comparat utribus, quos vino novo, idest spiritualibus præceptis, facilius dirumpi, quam posse

continere dicit. (4) Erunt autem utres novi cum post ascensum Domini desiderio consolationis ejus innovabuntur, & tunc novum vinum novis utribus adveniet; hoc est, Spiritus Sancti fervor spiritualium corda replebit. Doctores etiam cavendū est, ne animæ in veritate malitiae perdurant, novorum mysteriorum secreta committant. *Theophylactus* (Mar. 2. à medio.) Vel aliter, Discipuli veteribus vestimentis assimilati sunt propter eorum mentis infirmitatem, quibus non erat congruum imponere statutum grave jejunium. *Beda* (cap. 12. in Mar.) Neque (5) conveniens erat novum pannum affuere, quod est aliqua particula doctrinæ, quæ ad novæ vitæ temperantiam pertinet, quæ generale docet jejunium ab omni lætitia temporalium delectationum: quia si hoc fiat, & doctrinæ scinditur, & non convenit vetustati. Vestimento autem novo bona opera, quæ foris aguntur, insinuantur; vino autem novo fervor fidei, spei, & caritatis, quo intus reformantur, exprimitur.

(d) *Chrysostomus*. Liberati à figura, (6) & veritati uniti Christi discipuli, figurale sabbati festum non servant: unde dicitur: *Et factum est iterum, cum Dominus sabbatis ambularet per sarta, & discipuli ejus ceperunt progredi, & vellere spicas.* *Beda* (cap. 13. in Mar. in principio.) Legimus & in sequentibus, quod erant qui veniebant, & redibant multi, & nec manducan di quidem spatium habebant: & ideo quasi homines esuriebant. *Chrysostomus*, Blurientes autem escam simplicem comedeant, non ad voluptatem, sed propter naturæ necessitatem. Pharisei autem figuræ, & umbræ servientes, discipulos accusabant tamquam injuste agentes: unde sequitur: *Pharisæi autem dicebant ei: Ecce quid faciunt discipuli tui sabbatis quod non licet.* *Augustinus* de Operibus Monachorum (cap. 22. in med.) Populo siquidem Israel (7) per legem præceptum est ut in agris suis furem nullus teneret, nisi qui secum aliquid vellet auferre: nam qui nihil aliud attingisset, quam illi quod comedisset, liberum, impunetamque abire sineret: unde etiam spicas vellentibus discipulis Domini, de sabbato potius quam de furto Judæi calumniati sunt. *Chrysostomus*, Dominus autem David in mediam introducit, cui aliquando contigit non secundum legem comedere, cum sacerdotalent tetigit cibum, ut illius exemplo accusationem discipulorum solvat: sequitur enim: *Et ait illis: Numquam legis quid fecerit*

(1) *P. Nicolaius* habet ut spiritus suos illi conjugant &c. (2) *Al.* sicut & illi. (3) *Al.* habent. (4) *Al.* Erant, item ista innovabuntur, & advenerat, & repleverat. (5) *Hic Bedæ textus in quatuor jam citatis exemplis sic incipit.* Quod est aliqua particula doctrinæ, omisiss qua hic habentur. (6) *Al.* & veritate. (7) *Al.* per legem scriptam.

EX EDIT. P. NICOL. (a) Hæc ipsa Victor Antiochenus expresse habet.

rit: *David?* *Theophylactus* (Mar. 2.) non remore à sine.) Fugiens enim David à facie Saul ad principem sacerdotum devenit, & panes propositionis comedit, & gladium abstulit Goliat; quæ Domino erant oblata. Quærent vero alii qui qualiter nunc Evangelista Abiathar principem sacerdotum nominavit, cum Liber Regum hunc nominet Abimelech. *Beda* (cap. 13. in Mar.) Hoc autem nihil habet dissonantiae: ambo enim fuerunt illic, cum veniens David panes petiit, & accepit: Abimelech videlicet princeps sacerdotum, & Abiathar filius ejus. Occiso autem Abimelech à Saule, fugit Abiathar ad David, & comes factus totius exilii ejus, postea eo regnante, summi sacerdotii & ipse gradum accepit, multoque majoris excellentiæ filius quam pater effectus est; ideo dignus fuit ejus memoriam Dominus, etiam vivente patre, quasi summi sacerdotis faceret. Sequitur: *Et dicebat eis: Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter sabbatum.* Major enim est cura sanitati, & vitæ hominis quam custodia sabbati adhibenda. (1) Sic enim mandatum est sabbatum custodiri, ut tamen si necessitas esset, reus non esset qui sabbatum violasset; ideo sabbato circumcidi non est prohibitum quia necesse erat fieri; & Machabei necessitate instante sabbato pugnant; unde discipulis esurientibus, quod licitum non erat in lege, necessitate famis factum est licitum, sicut hodie si quis æger jejuniis corruperit, nulla ratione reus tenetur. Sequitur: *Itaque Dominus est Filius hominis etiam sabbati;* quasi dicat: David Rex sacerdotali cibo pastus excusabilis est; quanto magis Filius hominis, verus Rex, & Sacerdos, & Dominus sabbati, evulsarum sabbato spicarum noxa non tenetur? *Chrysostomus.* Dominum quidem sabbati, & Filium hominis seipsum proprie vocat: quoniam Filius, Dei existens Filius quidem

(1) *Al.* Sic igitur. (2) *Al.* omittitur est.

CAPUT III.

(a) **ET** introiit iterum in synagogam; & erat ibi homo habens manum aridam. Et observabant eum si sabbatis chareret, ut accusarent illum. Et ait homini habenti manum aridam, Surge in medium. Et dicit eis: Licet sabbatis bene facere, an male? Animam salvam facere, an perdere? At illi racebant. Et circumspiciens eos cum ira, contristatus super cæcitate cordis eorum, dicit homini, Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est manus illi.

(b) Excuntes autem pharisei, statim cum herodianis consilium faciebant adversus eum, quomodo eum perderent. Jesus autem cum discipulis suis recessit ad mare: & multa turba à Galilæa, & Judæa secuta est eum, & ab Hierosolymis, & ab Idumæa, & trans Jordanem, & qui circa Tyrum, & Sidonem, multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum. Et dixit Jesus discipulis suis, ut in navicula sibi deservirent

hominis propter homines dignatus est dici. *Legis* autem latori, & domino lex non dominatur: plus enim icet Regi quam legibus statuatur. Iustis quidem datur lex, non perfectis, & operantibus supra legem. *Beda* (cap. 13. in Mar.) Mystice autem discipuli per fata transeunt, cum doctoris sancti quos in fide instituerunt cura pia sollicitudinis inspicunt; quos elurire nihil melius quam salutem intelligimus hominum. Vellere autem spicas est homines à terrena intentione ertere; fricare autem manibus est exemplis virtutum à carnis concupiscentia, quasi à quibusdam folliculis, puritatem mentis exuere: grana manducare est emundatum quemque à foribus vitiorum per ora prædicantium, Ecclesiæ membris incorporari. Et bene hoc discipuli progredientes ante faciem Domini fecerit memorantur: quia doctoris necesse (2) est sermo præcedat, & sic cor auditoris subsequens gratia supernæ visitationis illustret. Bene sabbatis: quia & ipsi doctores in prædicando pro spe futuræ quietis laborant, & auditores suos monent pro æternæ requie infundare laboribus. *Theophylactus* (Mar. 2. in fin. Comment.) Vel quia cum habent in passionibus requiem, tunc alii ad virtutem ducentes fiunt, evellentes terrena. *Beda* (cap. 13. in Mar. ante med.) Item per fata ambulans cum Domino qui eloquia sacra meditari delectantur: elurium cum in eis panem vitæ invenire desiderant; & hoc in sabbatis, cum sopita mente à turbulentis cogitationibus vacare gaudent; vellunt spicas, & contritas pergunt, donec ad escam perveniant, cum testimonia Scripturarum, ad quæ legentes perveniunt, meditando assument, & tandiu discutiant donec in eis medullam dilectionis inveniant. *Verum hæc mentium refectio stultis displicet, sed à Domino approbatur.*

(1) *Al.* Sic igitur. (2) *Al.* omittitur est.

propter turbam, ne comprimerent eum. Multos enim sanabat, ita ut irrerent in eum, ut illum tangerent. Quorquor autem habebant plagas, & spiritus immundi, cum illum videbant, procidebant ei, & clamabant dicentes: Tu es Filius Dei. Et vehementer comminabatur eis, ne manifestarent eum.

(c) Et ascendens in montem vocavit ad se quos voluit ipse; & venerunt ad eum; & fecit ut essent duodecim cum illo, & ut mitteret eos prædicare; & dedit illis potestatem curandi infirmitates, & ejiciendi dæmonia. Et imposuit Simoni nomen Petrus, & Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem Jacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, quod est filii tonitru, & Andream, & Philippum, & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomam, & Jacobum Alphæi, & Thadæum, & Simonem Chananæum: & Judam Scarioth, qui tradidit illum.

(d) Et veniunt in domum, & convenit iterum turba, ita ut non possent neque panem manducare, & cum audissent sui, exierunt tenere eum: dicebant enim, quoniam in futurum versus est. Et scribæ qui ab Hierosolymis descenderant, dicebant, quoniam Beelzebub habet, & quia in principe dæmoniorum ejicit dæmonia.

(e) Et convocatis eis, in parabolis dicebat illis: Quomodo potest satanas satanam ejicere? Et si regnum in se dividatur, non potest stare regnum illud. Et si domus supra se metipsam dispartiarur, non potest domus illa stare. Et si satanas consurrexerit in semetipsum; dispartitus est, & non poterit stare, sed finem habet. Nemo potest vasa fortis in domum ingressus diripere, nisi prius fortem alliget, & tunc domum ejus diripiet. Amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata; & blasphemiam quibus blasphemaverint; qui autem blasphemaverit in Spiritum Sanctum, non habet remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti: quoniam dicebant: Spiritum immundum habet.

(f) Et venerunt mater ejus, & fratres, & foris stantes miserunt ad eum, vocantes eum. Et sedebat circa eum turba; & dicunt ei: Ecce mater tua, & fratres tui foris querunt te. Et respondens eis, ait: Quæ est mater mea, & fratres mei? Et circumspiciens eos, qui in circuitu ejus sedebant, ait: Ecce mater mea, & fratres mei. Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, & soror mea, & mater mea est.

(a) **T**heophylactus (Mar. cap. 3. in fin. Comment.) Postquam Dominus Judæos, qui discipulos accusaverant, quod spicas sabbato evellebant, exemplo David confudit, nunc amplius ipsos ad veritatem reducens, miraculum in sabbato operatur, ostendens quod si operari sabbato miracula in salutem hominum piæ sunt, non est malum in sabbato necessaria corporis operari. Dicit ergo: *Et introiit iterum in synagogam; & erat ibi homo habens manum aridam. Et observabant eum si sabbatis chareret, ut accusarent eum.* *Beda* (cap. 14. in Mar. circa princip.) Quia enim destructionem sabbati, quam in discipulis arguebant, probabili (1) magister excusaverat exemplo, nunc ipsum observando calumniari voluit, ut si sabbato curet, transgressionis, si non curet, crudelitatis, aut imbecillitatis arguant.

Sequitur: *Et ait homini habenti manum aridam, Surge in medium.* *Chrysostomus.* (a) Statuit quidem illum in medio, ut terrentur aspectu, ac viso eo compatiatur, & malitiam deponant. *Beda* (cap. 14. in Mar.) Et præveniens calumniam Judæorum, quam ei paraverant, arguit eos, quia legis præcepta prava

(1) *Al.* desit magister. (2) *Al.* jubebat.

Ex EDIT. P. NICOL. (a) Quod subjungitur ex Chrysostomo; habet Victor Antiochenus ubi supra; est tale quid Chrysostomus indicat hom. 41. in Matth.

tentatione violabant: unde sequitur: *Et dicit eis: Licet sabbato bene facere, an male?* Hoc autem querit, quia æstimabat in sabbato etiam à bonis operibus feriandum, cum lex à malis abstinere (2) jubeat, dicens Levit. 23. "Omne opus servile non facietis in eo, id est peccatum: quia, qui facit peccatum, servus est peccati: Joan. 8. Idem autem est quod præmiserat, *Bene facere, an male,* & quod postea subdit, *Animam salvam facere, an perdere?* hoc est, hominem curare, an non: non quod Deus summe bonus, auctor perditionis nobis esse possit; sed quod ejus non salvare Scripturæ consuetudine perdere dicitur. Si quem vero movet quare Dominus, cum corpus esset curaturus, de animæ salvatione interrogaverit, intelligat vel animam more Scripturarum pro homine postiam, sicut dicitur Exod. 1. "Hæc sunt animæ quæ exierunt de femore Jacob: vel quod illa miracula propter animæ salutem faciebat: vel quod ipsa manus sanatio salutem animæ significabat. *Augustinus de Con. Evan.* (Lib. 2. cap. 35.) Sed potest movere quomodo Matthæus dixerit, quod ipsi interrogaverint Domi-

B 6 num,

num, si licet sabbato curare; cum Marcus illos potius interrogatos à Domino perhibeat: *Licet sabbato bene facere, an male?* Itaque intelligendum est, quod illi prius interrogaverunt Dominum, si licet sabbato curare, deinde quod intelligens cogitationes eorum aditum accusandi quærentium, constituit in medio illum quem fuerat sanaturus, & interrogaverit quod Marcus, & Lucas eum interrogasse commemorant; ac tunc illis tacentibus proposuisse similitudinem de ove, & conclusisse, quod liceat sabbatis bene facere.

Sequitur, *At illi tacebant. Chrysostomus.* (a) Sciebant enim quod eum omnino curaret. Sequitur: *Et circumspiciens eos cum ira.* Quod eos cum ira circumspicit, ac tristatur super cæcitate cordis eorum, humanitati convenit, quam pro nobis suscipere dignatus est. Verbo autem miraculum conjungit: unde sola voce homo curatur: unde sequitur: *Et extendit, & restituta est manus illi:* per hæc omnia pro discipulis respondens, simulque ostendens suam vitam existere supra legem. *Beda* (cap. 14. in Mar. in princ.) Mystice autem homo qui manum habebat aridam, humanum genus indicat in fecunditate boni operis arefactum, sed Domini miseratione curatum; cuius dextera, quæ in primo parente, dum vitæ arboris poma decerneret, aruerat, per Redemptoris gratiam, dum infantes manus in cruce arboris tenderet, bonorum operum succis est restituta saluti. Et bene in synagoga manus erat arida: quia ubi scientiæ donum majus est, ibi gravius est inexculpabilis noxæ periculum. *Hieronymus* (Mar. 3. in princ. Comm.) Vel (1) significat avaros, qui valentes dare, volunt accipere, prædari, & non largiri; quibus dicitur ut extendant manus suas; id est, qui furabatur jam non furetur, magis autem laborat operans manus sua quod bonum est, ut habeat unde communicet indigentibus: Ephes. 4. *Theophylactus* (cap. 3. in Mar. paulo à princ.) Vel aridam dexteram habet manum quisquis non operatur quæ sunt dextere partis: ex quo enim manus nostra constituitur in operibus prohibitis, ex tunc arefcit in operatione boni. Iterum vero restaurabitur quando in virtute stabit: unde Christus dicit: *Surge, scilicet à peccatis, & sta in medio:* & neque ad diminutum, neque ad superabundantiam se extendit.

(b) *Beda* (cap. 15. in Mar. circa princ.) Pharisei reputantes in crimen quod ad verbum Domini salvam qui languebat extendit dexteram, de voce Salvatoris fecerunt consilium: un-

(1) *Al.* significare. (2) *Al.* Propheta.

EX EDIT. P. NICOL. (a) Hæc rursus Victor Antiochenus, nec apud Chrysostomum occurrunt.

de dicitur: *Exeuntes autem pharisei, statim cum herodianis consilium faciebant adversus eum, quomodo eum perderent;* quasi non ipsoium quisque majora sabbatis ageret, cibos victuando, porrigendo calicem, & cetera quæ victui sunt necessaria exequendo. Neque enim ille qui dixit, & facta sunt, sabbato laborasse poterat convinci. *Theophylactus* (Mar. 3. super *Egressi pharisei cum herodianis.*) Herodiani autem dicuntur milites Herodis Regis. Hæresis namque quædam nova surrexerat, quæ Herodem Christum esse dicebat. (2) Prophetia enim Jacob inuebat, quod quando deficerent Principes de Juda, tunc Christus veniret: & quia Herodis tempore, nullus superaret Judaicorum Principum, sed ipse solus regnabat alienigena existens; quidam ipsum esse Christum putaverunt, & hæresim constituerunt. Isti ergo cum phariseis Christum interficere conabantur. *Beda* (cap. 15. in Mar. in princ.) Vel herodianos Herodis Tetrarchæ ministros dicit, qui propter inimicitias quos eorum dominus adversus Joannem habebat, etiam Salvatorem, quem Joannes prædicabat, insidiis persequerentur, & odiis. Sequitur: *Jesus autem cum discipulis suis secessit ad mare;* quasi homo fugiens persequentium insidias: quia neque adhuc venerat hora passionis ejus, neque extra Hierusalem fuit locus passionis: ubi & exemplum dedit suis, si in una civitate persecutionem paterentur, in alteram fugiendi. *Theophylactus* (Mar. 3. super *Institit discipulos ut appellerent in naviculam.*) Simul etiam secessit, ut plurimis beneficeret, ab ingratis recedens: etenim multi secuti sunt eum, & sanavit eos: sequitur enim: *Et multa turba à Galilæa, & Judæa secuta est eum.* Tynii, & Sidonii, alienigenæ existentes, utilitatem à Christo accipiunt; propinqui vero ejus, Judæi scilicet, ipsum persequerentur; & sic nulla est propinquitatis utilitas, nisi similitudo bonitatis existat. *Beda* (cap. 15. inter princ. & med.) Illi enim videntes opera virtutum ejus, & verba doctrinæ audientes, eum persequerentur; isti autem opinione tantum ducti virtutum ejus, congesto agmine permixto veniunt ad audiendum eum, operumque salutis flagitandam: unde sequitur: *Et dixit discipulis suis ut in navicula sibi deservirent.* *Theophylactus* (ubi supra.) Vide autem occultatam gloriam ejus: etenim ne læderet eum turba, petit naviculam, ut intrans in eam conferretur illæsus. Sequitur: *Quotquot autem habebant plagas, & spiritus immundi, cum illum videbant, procidebant ei.* Plagas autem dicit infirmitates: ipse namque Deus nos vulnerat, ut si-

filios pater. *Beda* (cap. 15. in Mar. à med.) Procidebant ergo utrique Domino, & qui habebant plagas infirmitatum corporalium, & qui à spiritibus vexabantur immundis; sed infirmi simplici intentione obtinendæ salutis, dæmoniaci autem, vel potius in eis habitantes dæmones, vi divini timoris coacti, non solum ad procidendum ei, verum etiam ad consuetudinem ejus majestatem compulsi: unde sequitur: *Et clamabant dicentes: Tu es Filius Dei.* Ubi miranda est Anianorum cæcitas, qui post resurrectionis gloriam Filium Dei negant, quem dæmones adhuc mortali carne indutum Filium Dei profitentur. Sequitur: *Et vehementer comminabatur eis, ne manifestarent eum.* Peccatori enim dixit Deus: *Quare tu enarras justitias meas?* Pl. 49. Prohibetur ergo Dominum prædicare peccator, ne quis dum prædicantem audit, sequatur errantem: improbus enim magister est diabolus, qui falsa veris sæpe permisceat, (1) ut specie veritatis testimonium fraudis obtestat. Cæterum non solum dæmones, sed & à Christo sanati, & Apostoli ante passionem præcipiuntur reticere de illo: ne, divina majestate prædicata, passionis dispensatio differretur. Juxta allegoriam vero in hoc quod Dominus egressus de synagoga secessit ad mare, Gentium salvationem præfiguravit, ad quas venire per fidem, relicta ob perfidiam Judæa, dignatus est. Recte enim diversis errorum anfractibus lactatæ nationes instabilitati pelagi comparantur. Multa autem turba à diversis provinciis secuta est eum: quia prædicantibus Apostolis, multas nationes ad se venientes benigne suscepit. Navicula vero Domino in mari deserviens Ecclesia est de Gentibus congregata. Propter turbam autem, ne se comprimatur, naviculam ascendit: quia turbidas carnalium mentes fugiens, ad eos qui gloriam sæculi spernunt, venire, & mansionem facere gaudet. Distat autem inter comprimere Dominum, & tangere: comprimunt enim cum carnalibus cogitationibus, aut factis pacem turbant, in qua veritas manet; tangit vero qui per fidem, & delectationem eum suscipit corde: unde qui eum tetigerunt, salvati esse perhibentur. *Theophylactus* (Mar. 9. super *Egressi pharisei una cum herodianis.*) Moraliter autem herodiani, idest carnales, Christum interficere volunt: Herodes enim pelliceus interpretatur. Qui vero de patria sua egrediuntur, idest à carnali beatitudine, hi sequuntur Christum, & eorum plaga curantur, idest peccata, quæ conscientiam vulnerant. Jesus autem in nobis est ratio, quæ præcipit ut navicula nostra, idest corpus, ei deserviat, ne rationem turbationes opprimant retum.

(1) *Al.* ut spiritus.

(c) *Beda* (cap. 16. in Mar.) Postquam nefandos spiritus se predicare prohibuit, elegit sanctos, qui & immundos spiritus eicerent, & Evangelium prædicarent: unde dicitur: *Et ascendens in montem, vocavit ad se quos voluit ipse.* *Theophylactus* (cap. 3. in med. Comment.) Lucas autem dicit, quod ascendit ad orandum: post miraculorum enim ostensionem orat, docens nos quod oportet gratias agere cum consequimur aliquid boni, & hoc divinæ virtuti appropriate. *Chrysostomus.* Prælatos etiam Ecclesiæ instruit in orationibus pernoctare antequam ordinationem faciant, ut eorum officium non frustreretur. Cum ergo, secundum Lucam, dies factus esset, vocavit quos voluit: erant enim plures qui eum sequebantur. *Beda* (cap. 16. non remote à princ.) Non enim illorum electionis, ac studii, sed divinæ erat dignationis, & gratiæ ut in Apostolatam vocarentur. Mons etiam ille in quo Apostolos Dominus elegit, altitudinem designat justitiæ, in qua erant instituenti, & quam erant hominibus prædicaturi. *Hieronymus* (super *Et ascendens in montem.*) Vel Christus spiritualiter mons est, ex quo aquæ vivæ fluunt, lac in parvulorum salubrem præparatur, pinguedo spiritualis agnoscitur, & quicquid summe bonum creditur, in montis istius est gratia constitutum. In montem ergo vocantur excelli meritis, & verbis, ut locus congruat meritis altis. Sequitur: *Et venerunt ad eum; & fecit ut essent duodecim cum illo, & ut mitteret eos prædicare.* Speciem enim Jacob dilexit Dominus, ut sint ipsi super thronos duodecim judicantes duodecim tribus Israel, qui etiam trini & quaterni circa tabernaculum Domini excubant, & sancta Domini verba humeris operum portant. *Beda* (cap. 16. in Mar.) In hoc enim sacramento quondam filii Israel circa tabernaculum castrametabantur, ut ex omni parte per quadrum ternæ tribus manerent. Ter autem quatuor duodecim faciunt, & ter quaterni ad prædicandum sunt missi Apostoli, ut per universas quadrati orbis plagas baptizarent gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Sequitur: *Et dedit illis potestatem curandi infirmitates, & ejiciendi dæmonia:* ut scilicet promissorum cælestium magnitudini attestaretur magnitudo factorum, & nova facerent qui nova prædicarent. *Theophylactus* (cap. 3. à med. Com.) Numerat autem Apostolorum nomina, ut propter falsos Apostolos evitandos sint noti & veri; & ideo sequitur: *Et imposuit Simoni nomen Petrus.* *Augustinus* de Con. Evang. (Lib. 2. cap. 17.) Nullus autem putet nunce accepisse Simonem nomen ut Petrus vocaretur, ne sit contrarium

rium Joanni, qui longe ante dictum esse illi commemorat cap. 1. „Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. „ Marcus autem recapitulando hoc commemoravit: cum enim vellet nomina duodecim Apostolorum enumerare, & necesse haberet Petrum dicere, breviter insinuare voluit, quod non hoc antea vocaretur, sed hoc ei Dominus nomen imposuerit. *Beda* (cap. 16. in Marc. super *Et imposuit Simonem nomen.*) Ideo autem dominus voluit eum prius aliter vocari, ut ex ipsa commutatione nominis sacramentum commendaretur. Idem est ergo Græce, sive Latine Petrus quod Syriace Cephas; & in utraque lingua nomen à petra derivatum est, nec dubium quin illa de qua Paulus ait, 1. Corinth. 1. „Petra autem erat Christus: „ nam sicut lux vera erat (1) Christus, & donavit Apostolis ut lux mundi vocentur; sic & Simoni, qui credebatur in Petram, Christus Petre largitus est nomen. *Hieronymus* (ubi supra.) De obedientia autem, quam Simonis significat, ascenditur ad agnitionem, quam significat Petrus.

Sequitur: *Et Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem Jacobi Beda.* Subauditur à superioribus, vocavit ad se ascendens in montem. *Hieronymus* (ubi supra.) Jacobum, scilicet qui supplantata habet tota desideria carnis, & Joannem, qui gratia accipit quod alii per laborem tenent.

Sequitur: *Et imposuit eis nomina Boanerges, Chrysothomus.* Filios quidem Zebedæi sic nominat propter hoc quod magna, & clara divinitatis edicta debent orbi terræ diffundere: *Hieronymus* (ubi supra.) Vel per hoc trium superiorum sublime ostenditur meritum, qui in monte mererentur audire tonitruum Patris per nubem de Filio tonantis, Matth. 17. „Hic est Filius meus dilectus: „ & ut ipsi per nubem carnis, & ignem verbi, (2) quasi fulgura in pluviam, in terris spargerent: quoniam Dominus fulgura in pluviam fecit, ut extinguat misericordia quod iudicium urit. Sequitur, *Et Andream,* (3) qui viriliter vim facit perditioni, ut & responsum mortis in se semper habeat, & anima ejus sit semper in manibus suis. *Beda* (cap. 16. in Marc. ante med. Comm.) Andreas enim Græcum nomen est, & interpretatur virilis, (3) ab *Andros*, quod est vir: quia viriliter Domino adhaesit.

Sequitur, *Et Philippum. Hieronymus:* Qui est os lampadis, qui illuminare potest ore quod

corde concepit, cui dedit Dominus apertionem oris illuminantis. Scimus hunc modum locutionis proprium esse divinarum Scripturarum, quod Hebraea nomina ad aliquid mysterium significationis sunt posita. Sequitur, *Et Bartholomæum,* qui est filius suspendentis aquas, illius scilicet qui dixit Esai. 5. „Et mandabo nubibus „ meis ne pluant super eam imbrem. „ Nomen vero filii Dei per pacem, & dilectionem acquiritur inimici. „ Beati enim pacifici, quoniam filii Dei sunt: „ & „ Diligite inimicos vestros, „ ut filii Dei sitis: „ Mat. 5. Sequitur, *Et Mattheum,* qui est donatus, cui donatur à Domino, ut non solum remissionem peccatorum adipiscatur, sed numero adscribatur Apostolorum. *Et Thomam,* qui est abyssus: multa enim profunda scienter Dei numine profertur. Sequitur, *Et Jacobum Alphaei,* idest docti, vel millesimi, cuius à latere cadent mille. Hic alter Jacobus est, cui colluctatio non est adversus carnem, & sanguinem, sed adversus spirituales nequitias. Sequitur, *Et Thadæum:* is est corculus, idest cordis cultor, qui conservat cor suum omni custodia. *Beda* (cap. 16. in Marc. à med. Comm.) Thadæus autem ipse est quem Lucas in Evangelio, & in Actibus Apostolorum Judam (4) Jacobi nominat: erat enim frater Jacobi fratris Domini, ut ipse in Epistola sua scripsit. Sequitur: *Et Simonem Chananæum, & Judam Scarioth, qui tradidit illum.* Hac cum additamento posuit, ad distinctionem Simonis Petri, & Judæ (5) Jacobi. Simon autem Chananæus dicitur ab Chana vico Galilææ: Judas autem Scarioth à vico in quo ortus est, aut ex tribu Issachar dicitur. (6) *Theophylactus* (Marc. 3. à med. Comment.) Sed cur inter Apostolos computatur? Ut dicamus quod Deus non repellit aliquem propter futuram malitiam, sed propter præsentem virtutem dignum facit haberi. *Hieronymus* (à med. Comment.) Simon autem ponens tristitiam interpretatur: „ Beati namque „ qui lugent nunc, quoniam ipsi consolabuntur: „ Mat. 5. Chananæus autem, idest zelotes, dicitur, quem zelus domus Dei comedit. Judas autem Scarioth est qui non delet peccatum suum per penitentiam: Judas enim confitens, vel gloriosus interpretatur; Scarioth autem memoria mortis. Sunt autem confessores multi in Ecclesia superbi, & gloriosi, ut Simon magus, & Arrius, & ceteri hæretici; quorum memoria mortalis ideo in Ecclesia celebratur, ut evitentur.

Beda

(1) *Al.* & Christus donavit. (2) *Legit P. Nicolai* quasi fulgura pluviam. (3) *Al.* ab arach. (4) *Al.* Jacobus. (5) *Al.* & Jacobi. (6) *Al. Hieronymus.* Quem inter Apostolos computat, ut dicamus &c.

EX EDIT. P. NICOL. (a) *Hieronymus.*

(d) *Beda* (cap. 16. in Marc.) Electos in monte Apostolos Dominus ad domum reducit, quasi eos admonens ut post acceptum Apostolatus gradum ad conscientiam suam redeant: unde dicitur: *Et veniunt in domum, & conveniunt inter se, & dicitur: „ Quia non possunt neque panem manducare, Chrysothomus.* Ingratae quidem erant principum multitudines, quos impedit à cognitione clarior; grata vero populi multitudo venit ad Jesum. *Beda* (cap. 16. Super illud, *Et conveniunt multitudinem.*) Quam beata vero frequentia turba confluxit, cui tantum fuit cura ad obtinendam salutem: ut auctori salutis cum his qui secum erant nec velentem quidem hora libera maneret; sed quem turba frequentat externa, hunc propinquorum æstimatione parvipendit: sequitur enim: *Et cum audissent sui, exierunt retro eum.* Quia enim altitudinem sapientie quam audiebant, capere non poterant, quasi in alieno cum sensu locutum esse credebant: unde sequitur: *Dicebant enim, quoniam in futurum vestrus est. Theophylactus* (Marc. 3. super *Dicebant quia in futurum vestrus est.*) Idest: demonium habet, & fuit: & ideo eum tenere volebant, ut in carcere tenebantur demoniacum. Et quidem sui hoc volebant, idest propinquum, forte compariote ejus, vel fratres ejus. (1) (a) Stulta autem fuit insania, quod tantorum miraculorum divinæ sapientie factorem in furiam verti concipiunt. *Beda* (cap. 16. in Marc. ibid.) Multum autem distat inter eos qui verbum Dei pro mentis tarditate non intelligunt, quales fuerunt de quibus dictum est, & eos qui hoc quod intelligunt, de industria blasphemant, de quibus subditur: *Et scribae qui ab Hierosolymis descenderant dicebant quoniam Beelzebub habet.* Quæ enim negare nequiverant, sinistra interpretatione pervertere laborant à quasi non detrahis opera essent, sed immundissimi spiritus, idest Beelzebub, qui Deus erat Acaron. Nam Beel quidem ipse (2) est vir, Zebub autem musca vocatur. Beelzebub ergo, idest vir muscarum interpretatur, ob fordes immolatiæ eroris, ex ejus spurcissimo ritu principem demoniorum eum nominabant, cum subdunt: *Et quia in principe demoniorum sicut demonia.* *Hieronymus* (Marc. 3. super *Et veniunt ad domum.*) Mystice autem domus ad quam veniunt primitiva est Ecclesia; turba que impediunt panem manducari peccata, & vitia sunt: quia „ qui manducat indigne, iudicium sibi manducat, & *S. Thom. Oper. Tom. VIII.*

(1) *Nicolai,* apposto in dicitur Victoris Antiocheni, ut infra patet, ita legit. Stulta autem fuit insania, quod tantorum miraculorum factorem, & celestis doctrine (vel divinæ sapientie) doctorem in furiam vertunt concipiunt. (2) *Al.* est Baal. (3) *Al.* dicit eorum. (4) *Al. Hieronymus.* Ex eum P. Nicolai. (a) Victor Antiochenus. Quod subjungitur ex Victoris Antiocheni, prius cum verbis Theophylacti confundebatur. (b) Nihil tale in Glossa que nunc extat.

(c) *Chrysothomus* (hom. 22. in Matth. & hom. 29. in opere imperfecto.) Posita blasphemia scribarum, Dominus ostendit impossibile fore quod dicebant: suam probationem exemplo confirmans: unde dicit: *Et convocatis eis, in synagoga dicebat illis: Quomodo potest satanae regnum ejicere? quasi diceret: Regnum contra se intestino bello divitum necesse est desolari: quod & in domo, & in civitate videtur. Quocirca etiam satanae regnum in seipsum divitum est, ita quod satana ab hominibus repellat sataniam, desolatio regni demonum appropinquavit: regnum autem eorum est in hoc quod homines subditos teneant. Si igitur ab hominibus pelluntur, hoc non est aliud quam regnum (3) eorum dissolvi. Si autem adhuc in hominibus tenent potentatem, manifestum est quod regnum maligni adhuc stat, & non est contra seipsum divitum. Glossa. (b) Et quia jam ostendit exemplo quod demoniæ regnum non expellit, ostendit quomodo potest expelli, dicens: Nemo potest vasa fortis in domum ingressus diripere. Et: (4) *Theophylactus* (Marc. 3. super *Cum fortis armatus.*) Exemplum tale est. Fortis est demon, vasa ejus sunt homines in quibus recipitur: nisi ergo quis prius vincat demonem, & alliget, quomodo vasa ejus, idest demoniacos, ab eo diripiet? Sic & ego, qui diripio vasa ejus, idest libero homines à demoniæ passione, prius alligo demones, supero eos, & inimicos eorum sum. Quomodo ergo dicitis, quod Beelzebub habeo, & demon amicus existens demonia ejicit? *Beda* (cap. 17. prope princ.) Alligavit etiam Dominus fortem, idest diabolum, hoc est ab electorum seductione compevit, & ingressus in domum, idest in mundum, donum ejus, & vasa, idest homines, diripuit: quia ereptos à diaboli laqueis, Ecclesie sue adunavit. Vel domum ejus diripuit, quia omnes mundi partes, quibus olim hostis dominabatur antiquus, Apostolis, eorumque successoribus distribuit, ut populus*

C 6

los

las ad viam vite converterent. Ostendit autem Dominus quod grande scelus committerent qui hoc quod Dei esse cognoverant, diaboli esse clamabant, cum subdit: Amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata, & blasphemie quibus blasphemaverint. Omnia quidem peccata, & blasphemie non passim dimittuntur omnibus hominibus, sed his qui dignam pro erroribus suis in hac vita poenitentiam egerint: & sic neque ullam habet locum (1) vel Novatus, qui poenitentibus, qui in martyrio lapsi sunt, veniam neget esse tribuendam; vel Origenes, qui asserit post iudicium universale, (2) transactis, licet seculorum, voluminibus, cunctos peccatores veniam peccatorum esse consecuturos: cujus errorem sequentia Domini verba redarguunt, cum subditur: Qui autem blasphemaverit in Spiritum Sanctum, non habet remissionem in aeternum. Chrysostomus (a) (hom. 42. in Matth. a med.) Et quidem blasphemiam quae circa eum erat, excusationem habere dicit, quia tunc videbatur homo despectus, & infirmi generis; sed iniuria Dei remissionem non habet. Blasphemia autem in Spiritum Sanctum contra Deum fit. Est enim Spiritus Sancti operatio regni Dei; & propter hoc irremissibilem dicit esse Spiritus Sancti blasphemiam. Pro eo autem quod hic subditur: Sed erit reus aeterni damnationis, alius Evangelista dicit (Matth. 12.) Neque in hoc saeculo, neque in futuro: per quod intelligitur iudicium quod est secundum legem, & futurum. Cum enim lex maledicentem Deum occidi jubeat, in hoc legis secundae excusationem non habet: omnis autem qui baptizatur, extra hoc saeculum fit. Larebat autem Judaeos remissio quae fit per baptismum. Qui ergo miracula, & daemonum ejectionem, quae solum sunt propria Spiritus Sancti, demoni appropriat, nulla excusatio sibi de blasphemia relinquatur. Sed neque blasphemia talis, cum sit contra Spiritum Sanctum, remitti videtur: unde exponens subdit: Quoniam dicebant Spiritum habet immundum. Theophylactus (Marc. 3. ad finem Comment.) Est autem intelligendum, quod veniam non consequentur, nisi poeniteant. Cum vero in carnem Christi scandalizabantur, etiam si non poeniterent, aliquid excusationis habebant, & remissionis aliquid consequerentur. Hieronymus. Vel hoc dicit, quia non merebitur poenitentiam agere ut recipiatur qui Christum intelligens, principem

(1) Al. vel Novatus (P. Nicolai Novatianus) non poenitentibus qui &c. (2) Al. transactis quinquaginta trium saeculorum volutationibus. Ex edit. Nicol. (a) Immo potius Victor Antiochenus Tom. 1. Biblioth. PP. super hunc locum. (b) Sem. 17. cap. 12. (c) Tale aliquid potius habet Victor Antiochenus ubi supra; immo haec eadem paulo alius verbis, quae non occurrunt in Chrysostomi textu.

hic dicitur, quod eum querebant de foris exspectantes: & secundum eandem intentionem esse fratres ejus, & sorores, si voluntatem Patris impleverimus, (1) ut coheredes simus ejus: unde sequitur: Et respondens eis ait: Quae est mater mea, & fratres mei? Hoc autem non dixit, matrem, & fratres omnino reprobando, sed ostendens quod super omnem cognationem temporalem oportet propriam affinitatem praehorare: unde convenienter hoc dicitur his qui vocabant ad propinquorum colloquutionem, quasi ad aliquid utilius quam sit doctrina salutis. Beda (cap. 17. in Marc. inter med. & finem.) Rogatus ergo officio verbi, dissimulat egredi, non maternae refutans obsequium pietatis; sed paternis se mysteriis amplius quam maternis debere monstrat affectibus. Nec injuriose fratres contemnit; sed opus spirituale carnis cognationi praefert, religiosiorem cordium copulam docet esse quam corporum: unde sequitur: Et circumspiciens eos qui in circuitu ejus sedebant dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Chrysostomus. In quo Dominus ostendit quod oportet eos qui fidei sunt propinqui, praeter omnibus consanguineis honorare. Jesu quidem aliquis mater efficitur praedicando; quasi enim patris Dominum quem cordi audientis infundit. Hieronymus (in fine

Comment. in 3. cap. Marc.) Scimus autem nospeccantes: & secundum eandem intentionem esse fratres ejus, & sorores, si voluntatem Patris impleverimus, (1) ut coheredes simus ejus: unde sequitur: Qui enim fuerit voluntatem Dei hic frater meus, & soror mea, & mater mea est. Theophylactus (in fine Comm. in 3. cap. Marc.) Non ergo negans matrem hoc dixit, sed ostendens quod non solum digna est honore propter hoc quod genuit Christum, sed propter omnem aliam virtutem. Beda (cap. 17. in Marc. non remore a fine.) Mystice autem mater, & fratres Jesu sunt synagoga, ex cujus carne est editus, & populus Judaeorum, qui salvatore intus docente, venientes intrare nequeunt, cum spiritualiter intelligere dicta nequeunt. Praecipue autem turba ingreditur, quia differente Judaea, gentilius fluxit ad Christum: foris enim stantes volunt Dominum videre, cognati ipsius, cum Judaei se ad custodiam litterae foris fixerunt, & Christum potius ad carnalia docenda cogunt exire, quam se ad discenda spiritualia consentiunt ingredi. Si ergo foris stantes nec ipsi agnoscuntur parentes, quemadmodum nos agnoscemus, si foris stemus? Intus enim est verbum, intus est lumen.

(1) Al. & coheredes. (2) Legit Nicolai forte melius negligunt.

CAPUT IV.

ET iterum cepit docere ad mare; & congregata est ad eum turba multa, ita ut in navim ascendens sederet in mari: & omnis turba circa mare super terram erat: & dicebat eis in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina sua: Audite: ecce exiit feminas ad seminandum: & dum seminat, aliud cecidit circa viam: & venerunt volucres caeli, & comederunt illud: aliud vero cecidit super petrosa, ubi non habuit terram multam; & statim exortum est; quoniam non habebat altitudinem terrae; & quando exortus est sol, exsternavit, & eo quod non habebat radicem, exaruit: & aliud cecidit in spinas, & ascenderunt spinae, & suffocaverunt illud, & fructum non dedit: & aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum ascendentem, & crescentem, & afferebat unum triginta, unum sexaginta, & unum centum. Et dicebat: Qui habet aures audiendi, audiat. Et cum esset singularis, interrogaverunt eum hi qui cum eo erant duodecim, parabolam. Et dicebat eis: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, illis autem qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt: ut videntes videant, & non videant; & audientes audiant, & non intelligant, ne quando convertantur, & dimittantur eis peccata. Et ait illis: Nescitis parabolam hanc? Et quomodo omnes parabolas cognoscetis? Qui seminat, verbum seminat. Hi autem sunt qui circa viam ubi seminatur verbum, & cum audierint, confestim venit satanas, & auferit verbum quod seminatum est in cordibus eorum: & hi sunt similiter qui super petrosa seminantur, qui cum audierint verbum, statim cum gaudio accipiunt illud, & non habent radicem in se; sed temporales sunt, deinde orta tribulatione, & persecutione propter verbum, confestim scandalizantur: & alii sunt qui in spinis seminantur; hi sunt qui verbum audierunt, & arumna saeculi, & deceptio divitiarum, & circa reliqua concupiscentiae introeunt; suffocant verbum, & sine fructu efficitur: & hi sunt qui super terram bonam seminantur qui audierunt verbum, & suscipiunt, & fructificant, unum triginta, unum sexaginta, & unum centum.

(a) ET iterum cepit docere ad mare; & congregata est ad eum turba multa, ita ut in navim ascendens sederet in mari: & omnis turba circa mare super terram erat: & dicebat eis in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina sua: Audite: ecce exiit feminas ad seminandum: & dum seminat, aliud cecidit circa viam: & venerunt volucres caeli, & comederunt illud: aliud vero cecidit super petrosa, ubi non habuit terram multam; & statim exortum est; quoniam non habebat altitudinem terrae; & quando exortus est sol, exsternavit, & eo quod non habebat radicem, exaruit: & aliud cecidit in spinas, & ascenderunt spinae, & suffocaverunt illud, & fructum non dedit: & aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum ascendentem, & crescentem, & afferebat unum triginta, unum sexaginta, & unum centum. Et dicebat: Qui habet aures audiendi, audiat. Et cum esset singularis, interrogaverunt eum hi qui cum eo erant duodecim, parabolam. Et dicebat eis: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, illis autem qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt: ut videntes videant, & non videant; & audientes audiant, & non intelligant, ne quando convertantur, & dimittantur eis peccata. Et ait illis: Nescitis parabolam hanc? Et quomodo omnes parabolas cognoscetis? Qui seminat, verbum seminat. Hi autem sunt qui circa viam ubi seminatur verbum, & cum audierint, confestim venit satanas, & auferit verbum quod seminatum est in cordibus eorum: & hi sunt similiter qui super petrosa seminantur, qui cum audierint verbum, statim cum gaudio accipiunt illud, & non habent radicem in se; sed temporales sunt, deinde orta tribulatione, & persecutione propter verbum, confestim scandalizantur: & alii sunt qui in spinis seminantur; hi sunt qui verbum audierunt, & arumna saeculi, & deceptio divitiarum, & circa reliqua concupiscentiae introeunt; suffocant verbum, & sine fructu efficitur: & hi sunt qui super terram bonam seminantur qui audierunt verbum, & suscipiunt, & fructificant, unum triginta, unum sexaginta, & unum centum.

(b) Et dicebat illis: Numquid venit lucerna, ut sub modio ponatur, aut sub lecto?